

*Thomae de Aquino***Summa theologiae***Tertia Pars [= IIIa]**Prologus*

Quia salvator noster Dominus Iesus Christus, teste Angelo, „populum suum salvum faciens a peccatis eorum“ [Mt 1,21], viam veritatis nobis in seipso demonstravit, per quam ad beatitudinem immortalis vitae resurgendo pervenire possimus, necesse est ut, ad consummationem totius theologici negotii, post considerationem ultimi finis humanae vitae et virtutum ac vitiorum, de ipso omnium salvatore ac beneficiis eius humano generi praestitis nostra consideratio subsequatur.

- [1] Circa quam, primo considerandum occurrit de ipso salvatore;
- [2] secundo, de sacramentis eius, quibus salutem consequimur;
- [3] tertio, de fine immortalis vitae, ad quem per ipsum resurgendo pervenimus.

Quaestio 60, prologus

Post considerationem eorum quae pertinent ad mysteria Verbi incarnati, considerandum est de Ecclesiae sacramentis, quae ab ipso verbo incarnato efficaciam habent. [...]

Quaestio 60, articulus 2

[...] RESPONDEO DICENDUM quod signa dantur hominibus, quorum est per nota ad ignota pervenire. Et ideo proprie dicitur sacramentum quod est signum alicuius rei sacrae ad homines pertinentis, ut scilicet proprie dicatur sacramentum, secundum quod nunc de sacramentis loquimur, quod est signum rei sacrae in quantum est sanctificans homines.

*Thomas von Aquin***Summe der Theologie***Dritter Teil**Vorwort*

Da unser Erlöser und Herr Jesus Christus, der nach dem Zeugnis des Engels „sein Volk von seinen Sünden erlöst hat“ (Mt 1,21), uns in sich selbst den Weg der Wahrheit gezeigt hat, durch den wir zur Glückseligkeit des unsterblichen Lebens durch die Auferstehung gelangen können, ist es zur Vollendung des gesamten theologischen Unternehmens nötig, daß sich unsere Betrachtung nach der Behandlung des letzten Zieles des menschlichen Lebens sowie der Tugenden und Laster auf den Erlöser aller als solchen und auf seine dem Menschengeschlecht erwiesenen Wohltaten richtet.

[1] Diesbezüglich muß zuerst der Erlöser selbst betrachtet werden;

[2] zweitens seine Sakramente, durch die wir das Heil erlangen;

[3] drittens das Ziel unsterblichen Lebens, zu dem wir durch ihn gelangen, wenn wir auferstehen.

Frage 60, Vorwort

Nach der Betrachtung dessen, was zu den Geheimnissen des fleischgewordenen Wortes gehört, sind die Sakramente der Kirche zu betrachten, die ihre Wirksamkeit von diesem fleischgewordenen Wort her haben. [...]

Frage 60, Artikel 2

[...] ICH ANTWORTE: Den Menschen sind Zeichen gegeben, da es ihnen eigentümlich ist, vom Bekannten zum Unbekannten voranzuschreiten. Und daher heißt Sakrament im eigentlichen Sinne dasjenige, das Zeichen einer bestimmten heiligen Sache ist, die den Menschen betrifft, so daß Sakrament, so wie wir jetzt von Sakramenten sprechen, im eigentlichen Sinne genannt wird, was Zeichen einer heiligen Sache ist, insofern es die Menschen heiligt.



Quaestio 65, articulus 1

[...] RESPONDEO DICENDUM quod, [...] ordinantur sacramenta Ecclesiae ad duo, scilicet, ad perficiendum hominem in his quae pertinent ad cultum Dei secundum religionem Christianae vitae; et etiam in remedium contra defectum peccati.

Utroque autem modo convenienter ponuntur septem sacramenta. Vita enim spiritualis conformitatem aliquam habet ad vitam corporalem, sicut et cetera corporalia similitudinem quandam spiritualium habent.

In vita autem corporali dupliciter aliquis perficitur,

[I.] uno modo, quantum ad personam propriam;

[II.] alio modo, per respectum ad totam communitatem societatis in qua vivit, quia homo naturaliter est animal sociale.

[I.] Respectu autem sui ipsius perficitur homo in vita corporali dupliciter,

[1] uno modo, per se, acquirendo scilicet aliquam vitae perfectionem;

[2] alio modo, per accidens, scilicet removendo impedimenta vitae, puta aegritudines, vel aliquid huiusmodi.

[1] Per se autem perficitur corporalis vita tripliciter.

[1.1] Primo quidem, per generationem, per quam homo incipit esse et vivere. Et loco huius in spirituali vita est Baptismus, qui est spiritualis regeneratio, secundum illud *ad Tit.* III [5], „per lavacrum regenerationis“, et cetera.

[1.2] Secundo, per augmentum, quo aliquis perducitur ad perfectam quantitatem et virtutem. Et loco huius in spirituali vita est confirmatio, in qua datur spiritus sanctus ad robur. Unde dicitur discipulis iam baptizatis, *Luc.* ult. [24,49], „Sedete in civitate quousque induamini virtute ex alto“.

[1.3] Tertio, per nutritionem, qua conservatur in homine vita et virtus. Et loco huius in spirituali vita est Eucharistia. Unde dicitur *Ioan.* VI [54], „Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis“.

Frage 65, Artikel 1

[...] ICH ANTWORTE: [...] die Sakramente der Kirche sind auf zweierlei hingeeordnet, nämlich um den Menschen in demjenigen zu vervollkommen, was zur Gottesverehrung nach der Religion des christlichen Lebens gehört, und dann zum Heilmittel gegen den Schaden der Sünde.

Unter beiden Gesichtspunkten aber ist es angemessen, daß es sieben Sakramente gibt. Das geistige Leben weist nämlich eine bestimmte Übereinstimmung mit dem körperlichen Leben auf, wie auch sonst das Körperliche eine Ähnlichkeit mit dem Geistigen hat.

Im körperlichen Leben aber wird der Mensch auf zweifache Weise vervollkommen:

[I.] zum einen in Bezug auf die eigene Person,

[II.] zum anderen in seinem Verhältnis zum Ganzen der menschlichen Gemeinschaft, in der er lebt; denn der Mensch ist von Natur aus ein gesellschaftliches Lebewesen.

[I.] In Bezug auf sich selbst wird der Mensch im körperlichen Leben auf zweifache Weise vervollkommen:

[1] zum einen an sich, nämlich dadurch, daß er eine gewisse Vollkommenheit des Lebens erlangt;

[2] zum anderen akzidentell, nämlich dadurch, daß die Hindernisse des Lebens, wie Krankheiten und ähnliches, beseitigt werden.

[1] An sich aber wird das körperliche Leben auf dreifache Weise vervollkommen:

[1.1] Und zwar erstens durch die Zeugung, durch die der Mensch überhaupt anfängt, zu sein und zu leben. Dem entspricht im geistigen Leben die Taufe, die eine geistige Wiedergeburt ist, nach dem in *Tit* 3,5 Gesagten: „Durch das Bad der Wiedergeburt“ usw.

[1.2] Zweitens durch das Wachstum, durch das der Mensch zur vollkommenen Größe und Kraft geführt wird. Dem entspricht im geistigen Leben die Firmung, durch die der Heilige Geist zur Stärkung gegeben wird. Deshalb wird zu den schon getauften Jüngern gesagt: „Bleibt in der Stadt, bis ihr mit Kraft aus der Höhe ausgerüstet werdet!“ (*Lk* 24,49)

[1.3] Drittens durch die Ernährung, durch die im Menschen das Leben und die Kraft erhalten wird. Und Dem entspricht im geistigen Leben die Eucharistie. Deshalb heißt es in *Joh* 6 [54]: „Wenn ihr das Fleisch des Menschensohnes nicht eßt und sein Blut nicht trinkt, werdet ihr das Leben nicht in euch haben.“

[2] Et hoc quidem sufficeret homini si haberet et corporaliter et spiritualiter impassibilem vitam, sed quia homo incurrit interdum et corporalem infirmitatem et spiritualem, scilicet peccatum, ideo necessaria est homini curatio ab infirmitate. Quae quidem est duplex.

[2.1] Una quidem est sanatio, quae sanitatem restituit. Et loco huius in spirituali vita est poenitentia, secundum illud *Psalmi* [40,5], „Sana animam meam, quia peccavi tibi“.

[2.2] Alia autem est restitutio valetudinis pristinae per convenientem diaetam et exercitium. Et loco huius in spirituali vita est extrema unctio, quae removet peccatorum reliquias, et hominem paratum reddit ad finalem gloriam. Unde dicitur *Iac.* V [15], „Et si in peccatis sit, dimittetur ei“.

[II.] Perficitur autem homo in ordine ad totam communitatem dupliciter.

[1] Uno modo, per hoc quod accipit potestatem regendi multitudinem, et exercendi actus publicos. Et loco huius in spirituali vita est sacramentum ordinis, secundum illud *Heb.* VII [27], quod sacerdotes hostias offerunt non solum pro se, sed etiam pro populo.

[2] Secundo, quantum ad naturalem propagationem. Quod fit per matrimonium, tam in corporali quam in spirituali vita, eo quod est non solum sacramentum, sed naturae officium.

Ex his etiam patet sacramentorum numerus secundum quod ordinantur contra defectum peccati.

[1] Nam Baptismus ordinatur contra carentiam vitae spiritualis;

[2] confirmatio contra infirmitatem animi quae in nuper natis invenitur;

[3] Eucharistia contra labilitatem animi ad peccandum;

[4] poenitentia contra actuale peccatum post Baptismum commissum;

[5] extrema unctio contra reliquias peccatorum, quae scilicet non sunt sufficienter per poenitentiam sublatae, aut ex negligentia aut ex ignorantia;

[6] ordo contra dissolutionem multitudinis;

[7] matrimonium in remedium contra concupiscentiam personalem, et contra defectum multitudinis qui per mortem accidit.

[2] Und dies würde dem Menschen genügen, wenn er körperlich und geistig ein leidensunfähiges Leben hätte; weil aber der Mensch zuweilen krank wird sowohl im körperlichen Leben wie auch im geistigen, nämlich durch die Sünde, braucht der Mensch notwendig eine Heilbehandlung von seiner Schwachheit. Und diese ist eine doppelte:

[2.1] die eine ist die Heilung, durch welche die Gesundheit wiederhergestellt wird. Dem entspricht im geistigen Leben die Beichte nach dem in *Ps* 40,5 Gesagten: „Heile meine Seele; denn ich habe vor dir gesündigt.“

[2.2] die andere ist die Wiederherstellung der früheren Kraft durch die richtige Ernährung und Übung. Dem entspricht im geistigen Leben die letzte Ölung, welche die Reste der Sünden wegräumt und den Menschen bereit macht für die endgültige Herrlichkeit. Daher heißt es *Jak* 5,15: „Und wenn er in Sünden ist, wird ihm vergeben werden.“

[II.] In seiner Hinordnung auf die Gemeinschaft aber wird der Mensch auf zweifache Weise vervollkommen.

[1] Einmal dadurch, daß er die Gewalt empfängt, eine Vielheit [von Menschen] zu leiten und öffentliche Handlungen auszuüben. Dem entspricht im geistigen Leben das Sakrament der Weihe nach dem in *Hebr* 7 [27] Gesagten: die Priester bringen Opfer nicht nur für sich dar, sondern auch für das Volk.

[2] Zweitens im Hinblick auf die natürliche Fortpflanzung. Und dies geschieht durch die Ehe sowohl im körperlichen wie im geistigen Leben, da sie nicht nur ein Sakrament ist, sondern auch eine Aufgabe der Natur.

Hieraus wird zugleich die Anzahl der Sakramente offenbar, insofern sie gegen den Schaden der Sünde gerichtet sind.

[1] Denn die Taufe ist gegen das Fehlen des geistigen Lebens gerichtet;

[2] die Firmung gegen die Schwachheit des Geistes, die sich in den Neugeborenen findet;

[3] die Eucharistie gegen die Unbeständigkeit des Geistes, die zum Sündigen neigt;

[4] die Buße gegen die nach der Taufe begangene actuale Sünde;

[5] die letzte Ölung gegen die Reste der Sünden, die nämlich nicht hinreichend durch die Buße getilgt sind, sei es aus Nachlässigkeit, sei es aus Unwissenheit;

[6] die Weihe gegen die Auflösung der Menge;

[7] die Ehe als Heilmittel gegen die persönliche Begehrlichkeit und gegen das Dahinschwinden der Menge infolge des Todes.

Quidam vero accipiunt numerum sacramentorum per quamdam adaptationem ad virtutes, et ad defectus culparum et poenalitatum, dicentes quod

- [1] fidei respondet Baptismus, et ordinatur contra culpam originalem;
 - [2] spei extrema unctio, et ordinatur contra culpam venialem;
 - [3] caritati Eucharistia, et ordinatur contra poenalitatem maritalitiae;
 - [4] prudentiae ordo, et ordinatur contra ignorantiam;
 - [5] iustitiae poenitentia, et ordinatur contra peccatum mortale;
 - [6] temperantiae matrimonium, et ordinatur contra concupiscentiam;
 - [7] fortitudini confirmatio, et ordinatur contra infirmitatem.
- [...]

(Lateinischer Text: corpusthomicum.org)

Manche dagegen leiten die Anzahl der Sakramente aus einer Zuordnung zu den Tugenden und zu den Schäden der Schulden und Strafen ab und sagen,

- [1] dem Glauben entspreche die Taufe, und sie sei gegen die Erbschuld gerichtet;
- [2] die Hoffnung entspreche der Letzten Ölung, und sie sei gegen die läßliche Schuld gerichtet;
- [3] die Liebe entspreche der Eucharistie, und sie sei gegen die Strafe der Bosheit gerichtet;
- [4] der Klugheit entspreche die Weihe, und sie sei gegen die Unwissenheit gerichtet;
- [5] der Gerechtigkeit entspreche die Buße, und sie sei gegen die Todsünde gerichtet;
- [6] die Maßhaltung entspreche der Ehe, und sie sei gegen die Begehrlichkeit gerichtet;
- [7] die Tapferkeit entspreche der Firmung, und sie sei gegen die Schwachheit gerichtet. [...]

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)